

Evangelium
Hebraicum
VERI
et
Misch
S
L

26-5. N. 170

170 I 52
88

53

Contenta hoc libro

Iacobi Publicij Florentini
Oratoriae Artis Epitoma

2

Ael. Ant. Nebrissenis Vafre
ducta Philoſophorum. *Falſa*

3

Michaelis Verini Disthicatorum
liber. An. 1497.

4

Carmina Sedulij Poetae
Christiani. sive Paschalis
Sedulij, primum editum
a Didaco Muro, Archi-
diacono Hispal. Cudense

Initium sapientie timor Domini. Psalmus. 110.

¶ Angeli Policiani poete ^{versus} carmen in obitu Michaelis
Verini disertissimi adolescentis.

Erinus michael florentibus occidit annis,
Moribus ambiguum maior, an ingenio.
Disticha cōposuit docto miranda parenti
Quæ claudūt ^{espero} gyro grandia sensa breui.

no. Sola uenus poterat lento succurrere morbo

Ne se pollueret: maluit ille mori.

Sic iacet heu patri dolor & decus. ^{agnos} unde iuuentus

Exemplum: uates materiam capiant.

Nicolai Seratici carmen in obitu
Michaelis adolescentis poetæ.

^{arevata} Ante diem raptum ^{quixose} questa est elegia tibullum.

Proximus accedit pro michaelē dolor.

Amplius in puero mores mirabere lector:

Disticha qui sancto digna cathone leges.

Eiusdem tetrastichon.

Contingit impubi seris ^{senis} quod prouenit annis

Iudicium: grauitas: candida uita: sophos.

Sic iuuenis michael superauit nestoris ^{antiqui} annos:

Vitam etenim uirtus non mora longa parit. *no.*

Bernardi michelotii distichum
in obitum Michaelis Verini.

Ne fle: uiuo: fruor: tandem pater optime ueris
Delitiis, cœlo: prosperitate, deo.

Antonii Gerardini carmen in obitu
Michaelis uerini doctissimi adol.

Regia pyramidum cædant monumenta uiator:

Huius lapidi: quãq̃ marmora nulla uides.

Verinus michael decus immortale pudoris

Clauditur hoc saxo siste parumper iter.

Quod latet ingenii sidus: quæ gloria phebi!

¹⁰⁶ Delitias urbis q̃ breuis urna capit!

¹⁰⁷ Disticha composuit grauibus distincta figuris

Quæ possis sacris æquiparare libris.

Est breuis: argutus: facilis: sine felle: pudicus

Littera plus nerui q̃ sua carnis habet.

Hieronimi carmen in obitu michaelis
uerini adolescentis poetæ grauissimi.

Hic situs est michael ^{derm. kote anijc. d. u. rize} sexta trieteride raptus

Vnica ^{1. d. v. h. o. r. i. s.} doctiloqui spes: & imago patris.

Moribus in dubio est fuerit uel carmine maior

Fama pudicitix ^{1. m. s. r. u. s.} pieridumq̃ decus.

Iudicium: probitas: studium: solertia non te

Afferit impubem: sed probat esse senem.

trictus. dis. erat
festus in q̃ barchus
sacrificabat de 3.
en. 3. anis.

2

Michaelis Verini Vgolini, F. distichorum liber qui
sententiarum inscribitur: ad Paulū Saxiā Rōcilionem
grāmaticæ olim præceptorem suum, incipit.

1. *R* Oncilionis honor, sanctorum regula morum:
Quæ didici reddo carmina, paule, tibi.
Ad eundem.

2 Tu me pieridum duxisti primus in antra:
Primitias igitur accipe, paule, meas.
Ad lectorem.

3 Si te crebra iuuat breuibus sententia chartis:
^{v. collectum} Selectum e multis hoc cape lector opus.
Ad lectorem.

4 Disticha nostra legant pueri: casteq; puellæ.
Continet obscenos fabula ^{sepe} ~~hulla~~ iocos. *Sæpe*
Vnde traxerit materiam distichorum.

5 Siderei instar apum delibans gramina christi
Delegi lector hoc tibi mellis opus.
Nemo impurus hæc legat.

6 Hinc lasciuia uenus: procul hinc discede cupido.
Tota meis legitur casta minerua libris.
Ad catonem.

7 Tu cato vel cēsor nostris scribere libellis:
Hæc farrāgo mei carminis, ista seges:
Ad lectorem.

8 Nostra legas: quisquis fueris breuitatis amator,
Inuenies lepidos sed sine felle iocos.
Ad lectorem de Martiale.

9 Carmina sunt fateor pulcherrima uatis Iberi.
Ad mores faciunt non tamen illa ^{me} bonos.

Duoratorij sine
vng censorij atq;
vno censorij.

Quod christianos non
debet esse leues.

10 Cur grauibus ^{f. ego} texam quæris mea disticha uerbis?
Cultores christi non debet esse leues.

Optima quæq; carpenda ab auctoribus.

Enni dett

Vergilius gēmas enī ~~in~~ stercore legit:

Et mihi sunt uatum plura notanda luto.

Ad amicum de editione sui libri.

12 In lucem hortaris me nostros edere uersus:
Perfectum nescis: ut mora reddat opus.

In tribulatione uirtus, ut aurum
in igne, perficitur.

13. Quod fornax auro: facit hoc tribulatio iustis:
Rebus in aduersis certa probanda fides.

Amor est causa timoris.

Quæ tu contemnes nunq̄ amifisse dolebis:

Nam magni, est ^{nimius} minimus, causa timoris, amor.

Veri amoris nullus est finis.

15 Nunquā uera fuit charitas que desinet esse:
Nam nullus veri finis amoris erit

Non debet christianos more
ethnicorum turpia scribere.

16 Nos genus electū christi nos sacra ppago:
Scribemus ueterum turpia morte patrum?

Obscæna fabula a pueris uitanda.

17 Inficit obscæni puerorum carminis aures:
Fabula: dum uatum quæritur ipse nitor.

Mala durant: quæ teneris
mentibus discuntur.

En. 19 de Enc.
2781

nimius
amoris

Non

3

18 Heu male diluitur teneris quod mentibus hæsit:
Præsertim durant quæ didicere mala.

Quare mordaces uersus non scribat.

19 Quod nostri careant mordaci scemate lusus:
Lex hominum hoc prohibet: religioq; dei.

Omnes sunt foelices ubi omnes amici.

20. Quam foelix & quanta foret respublica: ciues
Si cunctos unus conciliasset amor?

Nil sine spe & præmio fit.

21 Est labor ingratus: quem debita præmia fallunt.

Quid graue non fiet, spe sine: uel leue fit. ~~sic~~

Animum dantis deus &
non donum considerat.

22 Non quatum dederis: sed qua tu mente dedisti:
Pensandum est: placat uictima parua deum.

Forma caduca & mali persæpe causa.

23 Quid fidis forme? populat quam morbus & ætas?
Multis causa mali candida forma fuit.

De eadem re.

24 Hæc quam cernis anum, quondam formosa puella
Extitit: an nescis quã breue forma bonum est?

Vxor bona & non pulchra habenda est.

25 Sit formosa aliis uxor: tibi sit bona: nescis
Quam noceat castæ forma pudicitæ.

Difficile est custodire formosas.

26 ^{difficile} Aegre formosam poteris seruare puellam.
Nunc prece: nunc auro forma petita ruit.

Illa patria est foelix ubi iuuentus
assuescit modicis cibis.

nota seruare

- 27 Illa domus foelix ubi paruo assueta iuuentus:
In festo coctum luxuriatur olus.
De infœlici ciuitate.
- 28 Infœlix patria est pueros ubi purpura uestit:
Atq; ubi præcedit diues honore bonos.
De falsis gaudiis.
- 29 Quæ durare putas mortalis gaudia uitæ
Sunt breuia: & finis tristis amator erit.
De ueris gaudiis.
- 30 Vna salus seruire deo est: hæc gaudia sola
Vera putes: quorum gloria finis erit.
In peccato est plus doloris q̄ uoluptatis.
- 31 Quid lætare miser: peccati est nulla uoluptas:
Gaudia plus aloes: q̄ tua mellis habent.
Cor impiorum est fretum feruens.
- 32 Cor iniustorum semper uelut æstuat unda
Aequoris: insanus cum freta uentus agit.
Impudici oculi deprædantur animam.
- 33 Lumina prædantur mentem: pariuntq; ruinam
Lumina nequitix si sapis abde fores. ^{f. est} ^{tunde p. v. u.}
Quid sit peccatum.
- 34 Peccatum est deforme malum: transgressio legis
Diuinæ: at citius dixeris esse nihil.
Iudex & censor omni careat peccato. *censor.*
- 35 Aspiciat lucem: qui uult damnare tenebras:
Qui carpit mores: labe carere decet.
Peccator: & cæcus & bestia efficitur.
- 36 Cor deus iniusti nebulis obnubilat atris
Ex uit & formam: fitq; repente fera. ^{illa}

Peccatum est obex inter
animam & deum.

37 Obtenebrat mentem peccatum: est obicis instar:

Quo nequit auctorem cernere ^{obire} tecta ^{anyma} suum. *s. ipsa mens*

Quanta fides fuerit: tanta retributio.

38 Est operis mensura fides: nostriq; laboris

Examen: capies præmia: quanta fides.

Aliena magis quã nostra uicia cernimus.

39 Cur aliena magis q̄ crimina nostra uidemus:

An quia nostra procul: sint aliena prope?

Post gaudia dolor sequitur.

40 Aeternus sequitur præsentia gaudia ^{refugia} meror:

Stulte ne delitiis credis utrisq; frui?

Risus in luctum uertitur.

41 Heu risus noster luctu miscetur amaro:

Duraq; sub dulci melle uenena latent.

De auaro.

42 Nusquã fraude caret: semper mentitur auarus:

Erga inopes surdus ferrea corda gerit.

De distributione honoris.

43 Indignum est nullo certamine præmia uelle

Virtutis iustis distribuatur honor.

De gloria.

44 Gloria si dulcis: studeas uirtute parere.

Quo labor est maior: gloria maior erit.

Iusti bene operantur

propter uirtutem.

45 Terret pœna malos: inuitant præmia iustos.

Sed potis est uirtus reddere sola bonos.

Qui deo militat mortalia contemnat.

46 Terræ spernet opes cœli qui militat horis.

Principis æterni castra sequenda tibi.

Vt patientiæ crescant premia: non
audit subito deus inuocantes se.

47 Vt tua maiori crescat patientia laude.

Non audit subito uota petita deus.

Nec cito nec temere iudicandum.

48 Iudicium præces infani iudicis index:

Omnia sunt longis discutienda moris.

Iusticia & charitas arma sunt principum.

49 Iusticia & charitas ualidæ sunt principis arces:

Nulla tyrannorum uis diuturna fuit.

Contra inertes.

50 Tolle moras: uolucres ^{uolucres} menses labuntur & anni

Ultima sit nescis quando futura dies.

Viuentum tanq̄ sit ultima dies.

51 Compositis uiuas seu sit lux ^{lux} ultima rebus

Incautum ne te ^{mors} parca seuera premat.

Aliud.

52 Quod sit nemo sua contentus sorte requiris:

An patrio extorres uiuimus hic folios ^{folios}

Nihil stabile in rebus humanis.

53 Cum stabile hic nihil inuenias: cur stare requiris

Cum uideas fluxu ^{fluxu} cuncta perire suo?

De eadem re: Quæ uidentur sunt fluxa:

Inuisibilia æterna sunt.

54 Quod cernis: nihil est: uolat atri turbinis instar.

Sed quod non cernis: esse perhenne putes.

Ad magna præmia magno labore uenitur.

55 Non nisi per magnos ad præmia magna labores
Itur: at ^{pignus} ignaui nulla corona datur.

De eadem re aliud.

56 Si te delectant eternæ premia uitæ
Magna quidem: ne te terreat ergo labor.

Qui bene uixit non timet mortem.

57 Qui bene præteritos sine labe peregerit annos:
Non horret mortis uulnera dira pati.

Mors uiri boni: non est flenda.

*imitatione uiridii
lib. 1. de bono uero
3. Non quæ præteritis
sine labe peregerit an*

58 Non obitus flendus: sequitur quem uita perhēnis.

Viuus enim semper: qui bene uixit erit.

Erudiendi pueri in ætate tenera.

59 Dum tenera est ætas: generosos ^{imbue} ~~imbe~~ mores.

Tunc facile est cunctis artibus ingenium.

Temporis iactura maxima: presertim doctis.

de infamia imbue

60 Nulla uiris doctis iactura est tempore maior:

Et multi incassum ^{frustra} tempus abire sinunt.

Mors malorum pessima: contra bonorum.

abona.?

61 Formidanda malis sequitur quam pæna phēnis:

At contra foelix mors solet esse bonis.

Totam illustrat uitam foelix exitus.

62 Tota illustratur foelici funere uita:

Mors foelix uitæ causa perennis erit.

Bono bonus exitus: malo malus.

63 Vita boni rato turpatur funere foedo:

Vita mali turpi clauditur exitio.

Mutantur pili & non mores.

64 De flauis uetulam canos ^{ut. los?} uulpecula mutat:

caposa

- immutare*
- Illius at mores uertere nemo uidet.
Gula & ocia arma sunt ueneris.
- 65 Quis cererem & bacchum: quis nesciat ocia causam, ^{esse 7:}
Nequitie & sceleris tela cupido tui?
Medicis morbi q̄ pri-
mum sūt mostrandī.
- 66 Si uis curari: medico tua uulnera pande:
Exposces sero cum morieris opem.
Pluribus medicis non est
credenda salus ægroti.
- 67 Vis febre curari medicis ne crede salutem ^{fies}
Pluribus: vnus enim sat bonus esse potest.
De gula quæ plures interficat quā gladius.
- 68 Miraris subito franciscum funere raptum
Crede mihi: ancipiti plus ferit ense gula.
De eadem.
- 69 Cum doleat stomachus: medicum accersire leonem ^{si noia bar}
Paule iubes: febris si tibi causa gula est.
De gula morborum causa.
- 70 ^{15. 0. 20.} Autumno inquiris cur tot moriantur in uno. ^{horis}
Causam: cum gula sit pestis & atra lues.
Modicis cibus natura contenta.
- 71 ^{bona} Esse cupis frugi: facile est: nam panis & undæ
^{conspicitur} Prædiues dapibus quilibet esse potest.
Omnia pro uita æterna hic sunt tolleranda
- 72 Si quanta æterne sint uitæ præmia uoluas.
Omnia pro christo ^{subuenit} perpetiere libens. ^{u. p.}
Aliud.
- 73 Spe regni æterni debes tollerare labores.

6
Longe promissis ^{anipies}uberiosa ferēs ^{uberiora}.

Aliud.

74 Pro superis dabitur quæ ^{excompensa}commutatio regnis?

Et tamen hanc hominum plurima turba facit.

Recta conscientia dat uerum gaudium.

75 Gaudia uera dabit mens hominis criminis expers:

Heu mihi quā ^{hominis}pauci gaudia uera ferunt?

Non sunt uera gaudia in præsentī uita.

76 Delectare queunt præsentis gaudia uitæ:

Quorum cum ^{refalgat}pæna toxica finis habet.

Virtus reddit immortales.

77 Omnia cum pereant: uirtus est sola perennis:

Hæc immortales reddere sola potest.

Fortunæ prosperæ non est fidendum.

78 Pone modum rebus nimium ^{hinc}confise secundis

Quæ dedit: hæc eadem fors: tibi tollet opes.

Aliud.

79 Quid tibi si gēmas omnes cumularis: & aurum

Et tua tartareis mens crucietur aquis?

Deus non miseretur assidue peccantium.

80 Assidue peccantis erit deus hostis acerbus:

Quo magis tollerat: sæuior ultor erit.

Deus punit expectans tardos grauiori pæna.

81 Quid rides? grauitate deus tormenta rependet

Et gliscit tardis grandior ira moris.

Pecunia amissa grauius lugetur quā peccatū.

82 Si tua tam uero lueres peccata dolore

Vt nummos: esses uictima grata deo.

De breui tempore & de secordia hominum.

r Si se parata uida in avaritia.
pot q se facit noore in su expecta q.

- 83 Si mora nulla datur uitæ labentib⁹ horis:
Cur ita tam longo turba sopore iacet?
Quod mors non debet esse uobis res noua.
- 84 Quid subito palles: audito nomine mortis?
An tibi res noua mors: unde repente metus?
Quâdo mors est optima.
- 85 Optima mors tunc est: cum uita est criminis expers:
Mors foelix: uita est cum tibi chara magis.
Post gaudium uitæ uenit luctus mortis.
- 86 Quid lætare miser: nescis post gaudia uitæ.
Perpetuos luctus mortis adesse tibi?
Quod deus non est auctor culpe: sed penæ.
- 87 Non deus est auctor culpæ sed criminis ultor:
Pro meritis iustus premia iusta dabit.
De uitæ cupiditate
in tot malis.
- 88 Cum mala præsentis longe sint plurima uitæ
Quam bona: cur uitæ tanta cupido tenet?
Via cœli difficilis: sed promissis dei facilis.
- 89 Est uia difficilis: superas quæ ducit ad oras.
Promissis facilis redditur illa dei.
Ulcus proditum citius curatur.
- 90 Quod cito prodideris medico curabitur ulcus:
Obfuit heu multis oculiuisse diu.
Auarus prætor iniusticie causa.
- 91 Cum reus est diues prætorem nactus auarum:
Quid non sperabit posse licere sibi?
Quales principes tales populi.
- 92 Si studia & mores populi cognoscere curas:

Res facilis: uitam principis inspicias.

Cur solus in agris sæpe uerfetur.

93 Esse tibi solus uideor si solus oberrem:
Tunc mihi pieridum turba canora comes.

Aliud.

94 Cum fugiam cætus metanquã carpis agrestem:
Tunc ego sum solus: cum mihi turba comes.

De adulatore.

96 Blandus adulator regum certissima pestis:
Hec audet sanctos perdere sepe uiros.

De eodem.

97 Blandus adulator uirus cõmune potentum:
Sepius infesto sæuior hoste nocet.

Quales esse debemus.

98 Sis nulli blandus sed uerus: & omnibus æquus. *no*
Vox clamore uacet: sit sine lite sonus.

De risu.

99 Immodicus risus non est sapientis: & index
Stultitiæ: lepidi sint sine dente ioci.

Ne simus loquaces.

100. Vis sapiens dici: raro & meditata loquare
Sæpe loquax uerbis proditur ipse suis.

Vera laus bonorum.

1 Omne genus laudis turpi uilescit in ore
Verba boni: & docti laus solet esse uiri. *Vera*

Nec nostra laudare, nec alie
na ^{re}pendere debemus.

2 Nec tua laudabis: nec facta aliena ^{re}pendes:
Nam satis est: alter si tua facta canit.

*nanduplex est repositio
repositio boni amoris
repositio iniquitatis*

Ad maurum desiderem.

- 3 Tempore sic omni ^{es} fedes colis ocia maure *deses, i. segno*
Vt recutitorum sabbata turba colit.
ab eo 07. 113
- De munere.
- 4 Munera quid possint testatur ferrea turris,
Quam uictor fuluo iupiter ⁱⁿ imbre subit. *intant*
De munere.
- 5 Quid non argento quid non corrumpitur auro?
Qui maiora dabit munera uictor erit.
Diuites plerunq; mali.
- 6 Difficile est opibus mores seruare pudicos:
Omnia diuitibus non ne licere uides.
Diuitiæ sunt causa periculorum.
- 7 Cum sint diuitiæ manifesta pericula uitæ,
Cur uoto a cunctis sic cupiuntur opes?
Paupertas cum bona sit ab omnibus euita.
- 8 Sobria paupertas multorum causa bonorum est.
Hanc tamen ut pestem plurima turba fugit.
Natura paucis contenta.
- 9 Quid tibi deesse potest: modicus si panis & unda
Prandia, uel cænam si tibi prebet olus?
Mors expectanda intrepide. *sine metu.*
- 10 Expectes omni securus tempore mortem:
Nam quo sit nescis ^{expectanda} excipienda loco.
Mors ubiq;.
- 11 Ipselict fugias pennis uelocius euri:
Non tamen effugias tela tremenda necis.
De timido.
- 12 Infoelix palles audito nomine mortis.

Tanq̄ sit soli mors fugienda tibi.

Mors uitari non potest: unde
nec timenda nec fugienda.

13 Quod nequeas uitare fugis: mors omnibus instat.
Nec formidanda est nec fugienda tibi.

De eadem re.

14 Stultum crede mihi est quod ineuitabile cernis
Effugere & turpi si quatiare metu.

Seneca epis

Omnis laus in proprio ore uilescit.

15 De te alii narrent: proprio sordescit in ore
Gloria: si taceas plus tibi laudis erit.

De propria laude

Nihil magis nostrum est q̄ tempus.

16 Nil magis est nostrum uolucris q̄ temporis usus:
Sed multis tanq̄ res aliena uolat.

ebone

Quicquid præteritū est mors nobis abstulit.

17 Prospicimus cuncti mortem: sed fallimur omnes.
Quicquid præteritum est abstulit atra dies.

Voluptas breuis & semp hēt ī fine pœnitētiā

18 Est instar floris uerni fugitiua uoluptas:
Quod pudeat semper: pœniteatq̄ facit.

De liberali simili deo.

19 Ille deo similis: qui dat bene munera lætus:
Qui repetit: fructus fœnoris officio est.

Nulla maior usura & sanctior
q̄ pascere egenos.

20 Nullum erit magis lucrum quā pascere egenum:
Fœnore nam grandi centupla dona feret.

Palam reddendę grates: clam dandę

21 Ingratę est mentis sine teste reddere grates.

Reddereq; ingrati est dona minora ^{donis} datis.

Qui uult in cœlo cumulare diuitias:
hic det pauperibus.

22 Quas christi causa miseris donaris egenis:
In cœlo æternas cōstabilibus opes.

Ad auarum.

23. Quid cumulas aurum? solum conceditur usus
Tempora labuntur: dum cumulantur opes.

Nullum maius lucrum neq;
certius q̄ credere christo opes.

24. Quod maius fœnus quã xpo credere censum
Promissis ne dei est certior ulla fides?

De eadem re.

25. Munera si gratis dederis: si lectus amicis. *Letus*
Tollet diuitias has tibi nulla dies.

De eadem q̄ nemo dat gratis.

26. Munera qui mittit: sperat maiora remitti:
Nemo suas uellet perdere gratis opes.

De uirginitate & nuptiis.

27. Virginitas cœlum: ueneris thorus implet auernum.
Hec superi is similes nos facit: illa feris.

De seruo stulto &
uxore litigiosa.

28. Quam miserum est: stultus si tractet seruus habenas,
Imperet aut uxor ambitiosa uiro.

Qualiter gratiæ pinguntur.

29. Pinguntur geminæ charites spectare sororem:
Dona mihi reddas ut duplicata mea.

Aliud.

*Aglaia, Thalia, Euphrosine, o Pasithea.
Gracias Syas de Jone & de Eurimone.*

30 Pinguntur nudæ charites: ne fœnore dones
Usuram pietas religioq; uetat.

Ad amicum.

31 Accipe parua mei lætus munuscula census:
Nec quæ sint: sed qua suscipe mente data.
Minor est labor quã
premium coeli.

32 Quem potes æterno pro munere ferre laborem.
Mercedi an tantæ par labor esse potest?
Propter paruam fidem
pauci saluantur.

33 Saluantur pauci: multiq; uocantur ad astra:
An quia sit paucis cognita uera fides?
De charitate.

34 Est charitas perfectus amor: perfectaq; uirtus
Qua sine perfectum nil reperire potes.
Qui habet maiorem claritatem
habebit maiorem gloriam.

charitatem

35 Cui maior charitas: debetur gloria maior
Quantus amor fuerit: præmia tanta feret.
Qui uult esse altus sit humilis.

no

36 Esto humilis: quisquis fieri cupis incola cœli;
Fastus tartareis excrucietur aquis.

Simus Tardi & considerati ad loquendum.

37 Qui cito præcipitat uelox sine pondere uerbum
Errat: & emissum non reuocare potest.

Quod dices & facies aliis, tibi fiet & dicetur.

38 Quæ dices aliis: tibi iam responsa remitti
Expectes: capies qualia dona dabis.

Sententia carens pietate iniusta est.

39 Quæ pietate caret sententia: sæua putatur
Est pietas cunctis anteferenda sacris.
Melius consilium quã vires.

40 Consilio utilius quã uiribus arma geruntur:
Militis est robur: consiliumq; ducis.

Multi peccant & paucos errati pœnitet.

41 Quæ sine labe caro: quæ non obnoxia culpæ est?
Quem non inuenies criminis esse reum?

Deus non potest peccare: alii omnes.

42 Non peccare dei est: nemo sine crimine uiuit.

Errati paucos pœnituisse uides.

De falsa spe penitentia.

no 43 Pertenuis spes est inter peccata salutem:
Et sperare nouis criminibus ueniam.

Qui præsentia desiderat: futura negligit.

44 Cui spes præsentis uitæ est præfixa: futuram

Negligit: hic nunquã mente quietus erit.

De iracundo semper excedente iusticiam.

45 Qui temere & præceptis rabidas exarsit in iras:
Excedet semper limina iusticiæ.

Que uirginitati obstant.

46 Qui uult uirgineum cælebs seruare pudorem:
Ocia deuitet fœmineosq; choros.

De eadem re.

47 Sæpe maxrem in furias aspectu fœmina solo:
Urget: & inflammat pectora notus odor.

Vitandæ oportunitates nequitia.

48 Quis non uretur: si se deiecit in ignem?

Viuere quis credat dira uenena bibens.

Melius est timere bene quã male fidere.

49 Vtilius timuisse bene est quã fidere ualde:

Nam cauto & timido nulla procella nocet.

De uitandis foeminis.

50 O quibus illecebris capitur cui foemina iuncta est:

Foemina tentandi pabula quanta dedit?

Foemine occurfus est

sagitta dæmonis.

51 Formosæ occurfus mulieris dæmonis arma:

Parthorum tâquã dira sagitta ferit.

Vitanda proximitas foeminæ.

52 Sæpe pudicitiam mulier formosa propinqua

Eripuit castis: multaq; damna dedit.

Foemina domat duces uictores.

53 Foemina magnanimos domuit persepe leones:

Predaq; uictores sæpe fuere duces.

Sanfon & Hercules foeminis succubuerunt.

54 Quis sanfone fuit: quis fortior hercule? constat

Foemineis ambos succubuisse thoris.

Tutiora sibila basylisci

quã cantus puellæ.

55 Tutius in siluis basyliscum audire frementem:

Quam molles cantus foemineumq; melos.

Tria uincula mulieris

petulantiam cohibent.

56 Foemina molle genus turpes procliuis ad actus

Ni uir sit custos: ni pudoratq; metus?

• •
 C. Mulier peccati causa.

- 57 Foemina peccati glutens: latet anguis in illa: gluten
 Si sapias: hanc ceu sit pestis amara fuge.
 De eadem re.
- 58 Noxia foeminei fugias contagia cætus:
 Quanti causa mali foemina prima fuit!
 De laude uirginitatis.
- 59 Virginitas animæ murus uictoria carnis:
 Portus honestatis sancta pudicitia est.
 De uirginitate.
- 60 Virginitas cœleste bonum: cognata phalangi
 Anglicæ: in terris hei mihi rara fuit.
 Luxus ingenium
 & mores perdit.
- 61 Nil lætale magis quã luxu perdere mores:
 Hæc pestis iuuenum est sæuior ingeniis.
 Non decet uirum nimis be-
 ne psallere uel cantare.
- 62 Turpe uiro studium est psallendi: turpe canendi:
 Turpe est foemineis semper adesse choris.
 Spæs uitæ longæ est
 peccati causa.
- 63 Dulcis amor uitæ dirum mihi crede uenenum est
 Causaq; peccandi spes diuturna fuit.
 De eadem re.
- 64 Quam miserum est nescire mori: uitæq; cupido
 Peccandi multis pabula quanta dedit?
 Qui nihil sperat nihil timer.
- 65 Si nil sperabis: discrimina nulla timebis:

Qualis amor fuerit: talis & ipse timor
Non decet uirum muliebri cultu incedere

66 O quã turpe uiro muliebri incedere cultu:
Molliaq; euulsis reddere crura pilis.

De principe non prohibente peccatum.

67 Qui prohibere potest: causam tribuisse uidetur.
Peccandi: quicquid non uetat illicitum.

Conscientia bona nihil timet.

68 Qui recte uiuit contemnit iussa superbi:
Conscia mens recti nil timuisse potest.

Plus lingua & cõuictus q̄ scriptum mouet.

69 Plus tibi conuictus: plus uiui proderit oris
Eloquium: quã si scripta diserta legas.

Fidere uulgo & placere populo est demẽtia.

70 O te dementem: si uulgi ignobilis aura.
Te mouet: ha nescis cui placuisse cupis.

Non sunt munera accipienda.

71 Munera ne capias: uncus latet hamus in esca:
Nulla carent uiscõ munera: uirus habent.

Verus amicus in duro
tempore cognoscitur.

de amicis nota

72 Temporib; duris ueri noscuntur amici:
Ah fidos paucos experire tibi.

De eadem re.

73 Inuenies multos, si res tibi floret, amicos:
Si fueris pauper, quis tibi amicus erit?

Quæ sunt ueræ diuitiæ.

74 Diuitiæ non sunt argenti pondus & auri:
Virtutes ueras accipe diuicias.

Sententia de lucri cupiditate.

75 Conditio misera est lucri intolleranda cupido:
Hyberni hæc vexat turbinis instar aquas.

Ad auarum.

76 Hostia pauperibus ^{dispensa} penus & granaria claudis:
Tradiderit soli hæc ceu tibi cuncta deus.

Cur non edat.

77 Cur ego non edam in lucem mea... disticha quæris:
Edita si mala sunt: quis reuocare potest?

Sapiens est ditissimus.

78 Si fueris sapiens: croesi superaueris aurum. *: cæsus Rex qd an*
Nam sapiens nullo tempore uiuit inops. *ditissimus fuit*

Nihil stulto prodest.

79 Quid prodesse potest stulto: cum nesciat uti
Consilio: atq; omni tempore uiuit inops?

Qui amat corpus spernit
animi uirtutem.

80 Cui nimis est carum corpus; uilescit honestas:
Et uentrem & mentem nemo replere potest.

Ad petrum.

81 Te miserum dicis: fateor sine crimine quæquã
Non uidi miserum: tu miser ergo petre es.

Ad Dinum.

82 Cum tanta heu miseris ^{egetas} penuria temporis ^{coninet} instet:
Cur dine in nugis tempora longa teris?

Repræhendit mori timentem.

83 Cum sit plena mali uitæ mortalis egestas:
Cur exire times carcere? liber eris.

De eodem.

12.
no

84 Quod cito decedis gemis: hac es lege creatus:
Nam tibi longa satis: quæ bona uita fuit.
Omnia patienter ferenda ut ex
uoluntate dei procedentia.

85 Quod tibi contingerit: patienter ferre ^{me} mento:
Cum certum est fieri numine cuncta dei.
Mens bona nihil timet:
cōtra mala semp timida.

86 Conscia mens recti nullo commota pauore est:
At mala mens semper sollicitata metu.
Omnis bonus foelix.

87 Quid magis est foelix: q̄ cor sine crimine mundum?
Qualis inest mundo pectore læticia? *quasi dicit magna!*
Contra hypocritam.

88 Mentiris: christi falso qui sacra fateris:
Ni facias quicquid pagina sacra iubet.
De ueneratione parentum.

89 Qui cupis esse senex caros uenerare parentes:
Quæ patri facies: filius illa tibi.
Contra mercatores rerum terrenarum.

*simple dictu filio
qua pietate patrem
matrem fueris opor
ipfa deere sequit*

90 Per mare per terras mercator quæritat aurum.
Tu cæli æternas stulte relinquis opes.
Contra auarum diuitem.

91 Quem non pauisti: mactasti diues egenum:
Ipse ^{tu} reus tanti criminis huius eris.
Quod scurre & gulosi
amici non sunt

92 Qui socius mensæ est: uerum ne reris amicum.
Tolle epulas; nosces quam tibi fidus erat.

Qui amat periculum in eo peribit.

93 Quid discrimen amat persæpe peribit in illo:
In pugna miles: nauta peribit aqua.

De incerto exitu.

94 Cum minime uelles: truncabit stamina ^{filia} doto. ^{clotho}
Ne quicquã extremo certius ^{fine} interitu est.

*Vna ex parisiis naz
fuit tres labe
sis: doto: anteo...*

Contra tardantes bene operari.

95 Cras inquis faciam: concessaq; labitur hora,
Fac hodie: fugit hæc non reditura dies.

*simile dictu obidij
in elegijs: labit oculte
fallit q; volubilitas*

De inuidia.

96 Inuidia est animæ tinea hæc ceu uipera mordet,
Auctorisq; sui uiscera prima ferit.

Non audiendus detractor.

97 Qui detractori faciles accomodat aures
Dat causam: & pariter criminis ille reus.

Quod scimus: docere debemus.

98 Edoceas quod scis: fit enim sapientia dando:
Maior: at est contra facta retenta minor.

Via coeli aspera: inferni prona.

99 Itur ad æthereas per magna pericula sedes:
At nullo inferni prona labore uia est.

De foeditate peccati.

100 Si posses uicium quã sit deforme uidere:

Hoc dices monstro foedius esse nihil.

De pulchritudine uirtutis.

1 Flammiferis longe est uirtus formosior astris:
Hæc rebus cunctis anteferenda tibi est.

Qui meminit mortis & inferni
facile a uiciis abstinebit.

- 2 Is facile extinguet ueneris flagrantia tela:
 Qui meminit gehennæ: qui ^{inferny} phlegetontis aquæ. *flamig est inferny*
 Ad simonem Canisianum.
- 3 Te dare promittist nec das mihi munera simon:
 Nil tibi debebo: si mihi sera dabis.
 Magni citius & facilius ruunt.
- 4 Quo magis est abies procera euellitur euis: *ueneris sunt generosales. euellitur.*
 Culmina non ualles fulmina torta petunt.
 Gloria liuorem parit.
- 5 Quo maior ciuis: maior solet esse ruina:
 Magnaq; liuorem gloria sæpe parit.
 Qui magnus est semper timet.
- 6 Quanto maior eris: maiora pericula cauenda:
 Crede mihi nullo tempore tutus eris.
 Munera cito & læto
 animo danda.
- 7 Munera des lætus: corrumpunt tedia donum:
 In quo censendum est: quid nisi dantis amor? *notandum*
 Qui cito & temere pmittit
 nusquã seruat fidem.
- 8 Qui cito & qui temere spondet se multa daturum. *no*
 Quæ male promisit: turpius illa negat.
 Negare in principio est dare
 beneficium, si bene negetur.
- 9 Qui cito: qui belle negat: is tribuisse uidetur. *no. alia bene.*
 Munera: nam semper est odiosa mora?
 Non est seruanda fides in rebus malis.
- 10 Turpiter ægide neptūnus munera soluit:
 In male promissis reiicienda fides. *no.*

Ad auarum.

- 11 Vestibus ^{multis} innumeris desudas: horret ^{pomp} egenus:
Frigore cur inopem: teq; calore necas?
Cui plus deus dederit: plura requiret.
- 12 Cui bona multa deus concessit: plura requiret:
Ni dispensarit: quas bene cepit opes.
Non est tutū sprætis suis se credere alienis.
- 13 Non est tuta salus alienis credita tellis:
Venales mutat quælibet aura manus.
Iustitia & charitas sunt
arma tuta principum.
- 14 Iustitia & charitas dilecti principis arces:
Hæc sunt arma: quibus nulla nocere queunt.
Qui dat inopi sua: nunquã erit pauper.
Qui bene diuitias inopi donabit amico:
Hic omni fœlix tempore diues erit.
- 15 C Velox passus sine causa
^{est} signum leuitatis.
- 16 Incessus uelox signum leuitatis habetur: f no.
Ni causa impellat præcipitare moras.
Pueri & iuuenes non de-
bent maledicere senib?.
- nota de senibq 17 Ne sæua in canos iuuenis conuitia fundas:
Sed sede ^{prima} assurges prætereunte sene.
A prima ætate docendi sunt pueri.
- 18 Vera tuis ut sit si uis sapientia canis: ^{capillus}
Cum primo ^{sapientia} hanc sitien s ebibe lacte puer.
Vnde senatus dictus.
- 19 A senibus prisci sanctum dixere senatum:

Est robor iuuenum: consiliumq; senum.

De senum prudentia.

A sene consilium quæras: prudentia rerum 20

Est illis: sine qua curia quæq; perit.

Signum ruinæ gubernatio iuuenum.

Vrbes regna domos iuuenum quas rexit ardor: 21

Sint quanquã fortes certa ruina manet.

Quid sit lex & iusticia.

Vis legis prohibere malum est: permittere honestum: 22

Iusticiæ est semper ius dare cuiq; suum.

Qui cito credit leuis est corde.

Qui cito crediderit: fallitur sepe: leuisq; 23

Est cordis: raro fallitur ipse senex.

Peius est foedari animo

q; turpari corpore.

Foedus est animi viciis corrumpere lucem: 24 Foedius.

Corpora q; turpi commaculare nota.

Iniusticia ruina urbium.

Nil iniusticia misere est infestius urbi? 25

Funditus hæc muros uertit: & ipsa domos. *deuina*

Discordia res omnes euertit.

Nil adeo est firmum: quod non discordia uellat: 26

Funditus hæc muros uertit & illa domos.

Qualis sit princeps reipublicæ.

Publica priuatis nisi præferat omnia rector: 27

De iusto iniustus rege tyrannus erit.

• In coelo uera amicitia.

Si nihil in terra casto perhibetur amore

Dulcius: in coelo qualis amicitia.

28 *Valerius*

- Non bene philosophie & coniugio uacatur.
29 Non bene socraticis chartis: thalamoq; uacabis.
Nunquid erit ueneris casta minerva comes?
Senectus bonis iocunda est: malis morosa.
30 Quæ caruit uiciis dulcis solet esse senectus:
Contra morosa: quæ uiciosa fuit.
Vitia aliena inq;rimus nostra non cernimus.
31 Esse quid hoc dicam: alterius si crimina lyncis
Aspicias: & cæcis si tua luminibus?
32 Cur aliena q̄ nostra fertilia uidentur.
33 Quisq; suam deflet sortem: uicinaq; semper
Apparet falso lætior esse seges. *letioz. i. fertili*
Mutatio consilii est optimus portus.
34 Errare est hominis sed non persistere: sæpe
Optimus est portus uertere consilium.
Tempus præteritum re-
cuperari non potest.
35 Præteritas nullus reuocabit temporis horas:
Desidia an quicquam foedus esse potest?
Utilius est unum & sæpe librum
legere quàm multos cumulare.
36 Egregios cumulare libros præclara supellex:
Ast unum utilius uoluere sæpe librum.
De retinendo quæ leguntur.
37 Ut cibus emissus subito: non proderit aluo:
Pabula sic mentis non retinere diu.
Nocent plura medicamen-
ta & plures medici.
38 Impediunt certam medicamina crebra salutem. *crebra*

Non plures medici sed satis unus erit.

Nihil sine amicis iocundum.

Quid tibi iocundum submotis esset amicis 39

Cuncta tibi quanq̄ sunt cumulata bona?

Quid sit amicus.

Alter e go est uerus multumq; probatus amicus 40

Quo debet nobis charius esse nihil.

Amici prius eligendi:

electi semper retinendi.

Nil temere admittas nisi fidum noris amicum 41

Sed semel admissus semper habendus erit.

Scire mori est honos mortis.

Mortis honos est scire mori: uitæ beatæ 42

Exitus est testis? qui sine labe fuit.

Fictilibus tutius q̄ in gemmis cænatur. 43

Fictilibus cænare pudet: gēmasq; requiris:

Ah nescis demens quanta pericla manent. 44

Sapientia docendo & cha-

ritas dando fit maior.

Vt charitas dando sic fit sapientia maior: 45

Clausa minor: nobis largius ergo dabis.

Auaricia semper crescit.

Crescit auara sitis quanto tibi copia maior: *Juuenalis recit amor*

Vel cumules omnes, semper egebis, opes. *quoniam quod ipse pe-*

Quid sit diues.

Non est recte mihi, multos qui possidet agros 47

Diues: sed diues cui satis unus ager.

Liberalis.

Quas inopi & dulci lætus donabis amico. 48

Temporibus nullis eripientur opes.

De ægroto incurabili.

I cito? dic oleum properet deferre sacerdos

Conuenit medicum plurima turba simul.

Ægroti non curantur a pluribus.

Nunq̄ crede mihi a morbo curabitur æger

Si multis medicis ^{si} creditur una febris.

Quare diuites peius q̄ pau-
peres curentur ægroti.

Vnde fit ægroti ut plures curentur ægeni?

An quia diuitibus ^{magis} pharmaca plura nocent.

Quomodo diues & foelix efficitur?

Vis fieri diues christi precepta sequaris.

Diminuas animi grandia uota tui.

Amici diuitum sunt falsi amici.

Quem tibi diuitia ^{sedere} peperere est falsus amicus

Argentum non te: diligit ille tuum.

Patientia & fides probatur
in rebus aduersis.

nota singu-
laris Rebus in aduersis patientia uera probatur.

Rebus in aduersis uera probanda fides.

Duplex pœna peccanti prin-
cipi imponenda.

Si ^{nobiles q̄ sunt} proceres neq; si peccauere parentes:

Exemplo: & sceleri ^{amplius} pœna ^{omnis est} paranda duplex.

¶ Filius imitatur mores paternos.

Sæpe patris mores imitatur filius infans:

Qualis erat mater: filia talis erit.

Filia mores matris sequitur.

176.
Castæ refert castæ genitricis filia mores.

Lasciuæ nūq̄ filia casta fuit.

Pater debet esse optima norma filiis.

Et uerbo: & facto paruis sit regula natis.

Optima sitq̄ omni tempore norma pater.

Artes discende a teneris.

Altera natura est habitus: quam iunior, artem.

Perdisces, tollet nulla senecta tibi. *perdisces* —

Virtuti mors nocere non potest.

Sola potest homines æternos reddere uirtus:

Huic soli è cunctis non libitina nocet. *Huic soli è.*

In arata bene terra messis fertilis.

Si bona contritæ iactabis semina terræ.

Præ magnis messis frugibus uber erit.

Verecundia iuuenum signū probitatis.

Egregium iuuenis signum uerecundia: tanq̄

Peccati constet poenituisse sui.

• Eloquentia omnia perficit.

Nil tam difficile est: quod non persuadeat: & non

Efficiat docti lingua diserta senis.

De eloquentia.

Ancipiti eloquium longe penetratius ense.

Hoc rabiem motam sedat: & arma mouet.

De eadem.

Nil adeo incultum quod non ratione nitescat

Thebarum hæc altis uexit ad astra domos.

Qui uerū audire non uult, perditus est.

Desperanda salus: qui uera audire recusat:

Inq̄ suum præceps labitur exitum. *exitum.*

Iuuenum furore urbes ^{sumis} euerſæ:
ſaluatæ conſilio ſenum.

^{altus} Præcipites iuuenum dementia ſubruit urbes:

Curia conſilio conſtabilita ſenum eſt.

Plus fabius ſenex q̄ flamminibus ^{iniquis}
profuit urbi romæ.

Plus cunctatoris ^{ad q̄} fabii mora profuit urbi:

Flammini & gracchi q̄ ualuere manus.

Conſcientia bona iudicem non timet.

Accuſent te mille licet mens conſcia recti

Stat tamen: & ſpernit iudicis ora ^{rudelis} trucis.

Ad quendam uaniloquum.

Om̄ibus in triuiis recitans tua carmina laudas:

^{no} Si uis ut laudem diſce tacere prius.

Non eſt uituperādus ſi non eſt par filius p̄ri.

Quod nequeam muſis puer aſpirare paternis:

Da ueniam: noſter diſticha ludus erit.

Ad carpentem ſua diſticha.

Diſticha quod tenui ^{carpentem} mediter me ^{estilo} carpis auena:

Non omnes poſſunt prælia flare tuba.

Ad eundem.

Si labor ^{meq} intenui eſt: ſi me non ſpernit apollo:

Cur tibi ſic noſtri diſplicuere ^{uorſq} ſales.

Ad ygolinum parentem ſuum.

^{ſis} Noſti chare parens quā ſim breuitatis amator:

Accipe delicias diſticha parua meas.

Ad eundem.

In lucem noſtri formidant prodere luſus:

Si prius emendes: nil ygoline timent.

^{inducantur.}
Ad carpentem ingenium & ætatem suam
Me puerum dicis: quid tum? ingeniumq; reprendis
Sat mihi si mores dixeris esse bonos.

Ad eundem.

Aetatem incufas: nequeas cum ^{aperchendece} carpere mores?
Naturam insanæ est ^{indicare. f.} carpere mentis opus.

Quis senex laudandus.

Vt laudanda senis probitas: ita ^{mala} fœda ^{ne} sectus
Culpanda est: turpi ^{ea. r.} quæ maculata probro.

Ad Canisianum q; ocium
est sepulchrum hominis.

Ocia mors hominū est spirantis: & esse sepulchrū
Arbitror indocti canisiane uiri.

Signum est æternæ ruinæ foelicitas
improbiorum.

Desine mirari: æternæ sunt signa ruinæ:

Prospera cum uideas tot geminata malis.

Ingratus est qui sine usura grates reddit.

Reddiderit quisquis paruas sine fœnore grates:

Conuincam ingratum canisiane uirum.

Poetæ multa lectione est opus.

Instar apis debes uariis excerpere libris:

Mellifluo ut manet dulcis ab ore liquor.

Si quisq; metiatur: & aliis

erit æquus iudex.

Te perpende prius nec det tibi ^{supbium} purpura fastum

Vt tibi: sic aliis ^{finis} arbiter ^{iudex} æquus eris.

Virtutis principiū asperum: finis amœnus.

Est opus incæpto finis uirtutis amœnus:

Principii quavis aspera prima uia est.

Voluptas pestis iuuenum & senum est.

Vis fieri foelix: est debellanda uoluptas

Hec iuuenum exitium est: pestis & illa senum.

Iactantia est omnibus inuisa.

Omnibus inuisa est stolidæ iactantia mentis:

Dum de te loqueris: gloria nulla tua est.

Quæ carent effectu tentanda non sunt.

Quæ fieri nequeunt prorsus tentare recuses:

Ingenii debes pondus habere tui.

Nihil noui sapienti contingit.

Prouidet specula sapiens quæcunq; futura:

Assuetusq; malis nihil nouitatis habet.

Sapiens nihil inuitus facit.

Nil facit inuitus sapiens: exire recusas:

Quod uitare nequis: uelle necesse tibi est.

Pulchra uestis non facit egregios uiros

Si tota crassa mihi est: spernor: si trita lacerna est

Num facit egregios purpura picta uiros?

De eadem re.

Si modo me spernis: mutata ueste redibo?

Quod mihi non dederis: uestibus ipse dabis?

De eadem re.

Qlattrant tritis catuli plerunq; lacernis:

Ne latres: nobis uestis habenda noua est.

Ad detractorem.

Nullius ingenii tanq; sint disticha carpis:

Tu nil cum scribas: quale tibi ingenium est.

Quod non sumus mancipia corporis

nota dicitur simile
substantiu: pluri
ma dicit q; no ab
omni hodie p[ro]p[ri]a
dicitur lana scilicet

Cum sit missa tibi mens alto libera caelo:
Num uis ^{est de la} mancipium corporis esse tui?

Ad detractorem.

Sectantem patrias artes & inutile carmen

Me carpis: tu quid desidiosus agis.

Non est credendum blando adulatori.

Qui te plus solito demulcet carmine blando:

Te capere insidiis nititur ille suis.

Vitanda sunt contagia culpæ.

Ceu colubrum fugias blandæ contagia culpæ.

Quis non foedatur si picæ tactus erit?

Res precibus uendita cara est.

Quod precibus uendis precium tibi uile uidetur.

An mihi res emitur carior ulla prece?

Meum & tuum sunt omnium
malorum causa.

Si duo de nostris tollas pronomina rebus:

Prælia cessarent: pax sine lite foret.

Qui seminat discordiam: erumnam metit.

Qui mala uipereis iactabit semina sulcis:

Martis & erumnæ tristia grana metet.

De morbo suo.

Mutauit stomachum diri uiolentia morbi:

Hei timeo faciet quid mihi sæua lues.

Quæ scimus docere: & quæ ignora
mus discere debemus.

Quæ nosti impartire libens: facilisq; roganti

Esto: quæ nescis discere ne pudeat.

Diuicie male partæ hostibus relinquuntur.

Cur tibi diuicias cumulas: cui congeris aurum?
Hostibus an nescis hæc cumulare tuis?

Ad factiosum.

Cur miser incedis numerofo milite septus?
Quæ mala custodes tot peperere tibi.

Qui alios reprehendit: se primū castiget.

no Cum fueris censor: primum te a crimine purges:
Ne tua te damnent facta nefanda reum.

Non debemus nostra negligere:
ut aliena curemus.

Ne tua condemnes aliena negocia curans.

An tibi te quisq̄ iunctior esse potest?

Amico sic pro sis: ut tibi non obsis.

Esto memor caro semper prodesse sodali:

Præstita sic noceat ne tibi sedulitas. ^{diligentia}

De eadem re.

Sic utere tuis: egeas ne rebus amicis:

Sarcina namq̄ humeris tota ferenda tuis. ^{est}

Amici paucissimi.

no Millibus ex multis unus uix fidus amicus:

Hic albo coruo rarior esse solet.

Omnes diuites auari sunt pauperes.

Querere diuicias, & semper egere, furoris

Est summi: ut partas destruat alter opes.

Vnus princeps.

Non capit una duos maiestas regia fratres:

Fraterno rubuit sanguine roma recens.

Vita tyranni miserrima.

Quid quæris: si nota foret tibi uita tyranni.

Priuatus malles sedibus esse tuis.

De sylla foelici.

Imperium posuit tunc uero nomine foelix:

Nam primum iniustus sylla tyrannus erat.

¶ Festinatio & ira sunt inimicæ consilio.

¶ Consilium præcepis sequitur plerunq; ruina:

Ira quoq; est ualde noxia consilio.

De uictu modesto.

Sit facilis uictus nullo irritante sapore:

Sed stomachum & gustum mordeat ipsa fames.

De paupere.

Si pauper fueris: sit parsimonia munda:

Neq; neglecta tibi simplicitas fuerit.

¶ Laus modesta: uituperatio modica.

¶ Si quem laudaris: parce laudare memento.

Crimina culpato partius ipsa tamen.

¶ Auctoritas dicentis non est attendenda: sed quid dicat.

¶ Nec te dicentis moueat reuerentia: sed quid

Dixerit attendas: qua ratione probet.

Petro Ridolfo Nicolai filio.

Nil tibi rescripsi: ueniam concedere ridolfe.

Hic morbi quintus iam mihi mensis adest.

Symoni canisiano amico.

Non me uisisti: sexto cum mense laborem:

Dic ubi traxisti canisiane moras.

¶ Ad Petrum hortantem ut salutem recuperet posita uirginitate.

¶ Cur petre uirginem hortaris me ponere florem

uirginem

Non faciam: uel si hoc certa paranda salus.

Ad Paulum roncilionem
de medicorum consilio.

S
nos Promittunt medici coitu mihi paule salutem:
Non tanti uitæ sit mihi certa salus.

Ad pierides.

Quæ mora pierides tenuit: succurrite morbo
Pallida lætifero uix tetigit ossa cutis.

Ad Calliopeam.

Hic mihi iam sextus mensis post mille dolores:
Affer opem uati calliopea tuo.

Ad Apollinem.

Pulcher apollo ueni: deferq; salutifer herbas:
Tam cito si moriar: crimen apollo tuum est.

uam
De luxuria.

Denotandum Luxuria est predulce malum: quam carpere multi
Sed pauci uitare queunt: patiturq; labore
Virtutis robur: corrumpunt ocia mentem.

Vitia & non homines ^{carpendi} ^{carpendi}

Parcere hominibus nostri didicere libelli.

Crimina: non homines nostra thalia ^{carpendi} præmit.

De eadem re.

Religio christi personis parcere iussit:

Vnde meo nullus carmine iustus erit.

Ad uersificatorem.

Vna bis centum componis carmina nocte:

Ah nescis scombris tegmina quanta facis.

Consulas priusquã facias.

S
nos Nil temere incipias: sed primum consule: cæpti

Nam multos sero poenituisse liquet.

Verecundia & pudor honesti
mater & frenum uiciorum.

Improba quid rides: uerecundia mater honesti est:

Frena pudor turpis criminis esse solet.

Regnum est gratie & pericul osum.

Si scires quanti plenum dyadema pericli est:

Malles sisyphi ponderis esse reus.

S
no

liber

Hoc opus distichorum, qui alias sententiarum iscribitur, finit foeliciter. Anno salutis, M, cccc, xcviij, & die vii, mensis augusti,

1497.

